

**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien da microraproductions historiques

©1995

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsqu'il était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.

Additional comments:/ Text in Latin.
Commentaires supplémentaires:

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
12X	16X	20X	24X	28X	32X

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Continuous pagination/
Pagination continue
- Includes index(es)/
Comprend un (des) index
- Title on header taken from:/**
Le titre de l'an-tête provient de:
- Title page of issue/
Page de titre de la livraison
- Caption of issue/
Titre de départ de la livraison
- Masthead/
Générique (périodiques) de la livraison

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.


Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par le dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par la seconde plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur le dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant la nombre d'images nécessaires. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc

1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482-0300 - Phone
(716) 288-5989 - Fax

THESES Ex Universa Philosophia

QUAS

AUSPICE PATRONO AC PRAESIDE
EXCELLENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

Pellegrino Francisco Stagni

SEDIS APOSTOLICAE LEGATO

In Collegio Immaculatae Conceptionis

PROVINCIAE CANADENSIS SOC. IESU
DIE 25 MAII 1914
PROPUGNANDAS CONSCRIPSIT

Carolus Eduardus Lefebvre

SCHOLASTICUS EIUSDEM SOCIETATIS



MARIANOPOLI
EX TYPOGRAPHIA SS. CORDIS
—
MCMXIV

THESES Ex Universa Philosophia

QUAS

AUSPICE PATRONO AC PRAESIDE
EXCELLENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

Pellegrino Francisco Stagni

SEDIS APOSTOLICAE LEGATO

In Collegio Immaculatae Conceptionis

PROVINCIAE CANADENSIS SOC. IESU
DIE 25 MAII 1914
PROPUGNANDAS CONSCRIPSIT

Carolus Eduardus Lefebvre

SCHOLASTICUS EIUSDEM SOCIETATIS



MARIANOPOLI
EX TYPOGRAPHIA SS. CORDIS
MCMXIV

B839
640
1914

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO
DOMINO

Pellegrino Francisco Stagni

SEDIS APOSTOLICAE LEGATO

D. D. D.

DEVOTUS ATQUE HUMILLIMUS

Carolus Eduardus Lefebvre, S.J.



A. M. D. G.

THESES

Ex Universa Philosophia

Ex philosophia rationali

DE VERITATE ET CERTITUDINE

I

1. Veritas logica, quae rite describitur: Conformatas intentionalis cognitionis cum obiecto, plene et proprio non invenitur nisi in intellectu componente aut dividente, quippe in quo solo inest «ut cognita in cognoscente». 2. Veritas autem quae intellectui simpliciter apprehendenti competit, in ipso inest «ut in quadam re vera», ita proinde ut ab eo minime separari queat.

Natura et subiectum veritatis.

II

3. Veritas iudicii, formaliter sumpta, gradus accipere nequit, sed est prorsus absoluta. 4. Repudiari certe debent placita Relativistarum, docentium veritatem variationis esse susceptivam pro diversitate personarum necnon varia condicione temporum et locorum.

Indivisibilitas et immutabilitas veritatis.

III

Natura et gra-
dus certitu-
dinis.

5. Assensus firmus mentis in aliquod enuntiabile praestitus propter motivum suapte natura excludens formidinem errandi, recte definitur certitudo; quae ut evadat omni numero perfecta, nitatur necesse est in motivo quod absolutam contradictioni possibilitem saltem simultaneitatis auferat. 6. Porro tres admitti possunt gradus certitudinis essentialiter inter se diversi, metaphysicae nimirum, physicae et moralis, quaruin prior est de se perfecta, ceterae vero, etsi vere tales, nequeunt fieri perfectae citra earum reductionem ad metaphysicam. 7. Deficiente evidentia veritatis, haberi potest certitudo proprii nominis, dummodo assensi mentis praeluceat evidentia credibilitatis.

IV

Initium philo-
sophandi et
dubium uni-
versale.

8. Quemadmodum scepticus absolutus falsitatem dogmatismi demonstrandam aggredi nequit, quin, more dogmatici, assensum in aliquid adhibeat; ita dogmaticus purus, nihil admittendo nisi demonstratum, falsitatem scepticismi sibi manifestandam suscipere nequit, quin, more sceptici, suum assensum indefinite suspenderet debeat. 9. Ceterum nemo unquam et usquam potuit opus philosophandi reapse auspicari a dubio universalis, siquidem suspensio iudicii de nonnullis rebus, ne ut internus quidem animi status, est physice possibilis.

V

Certitudines
philosopho
irrefragabili-
les.

10. Analysi instituta huius iudicii reflexe prolati: «De omnibus omnino est dubitandum», certo constare potest neminem exstisse vere philosophantem, qui haec tria saltem non admiserit: 1º aliqualem subiecti cogitantis existentiam, 2º aliquam conscientiae veritatem, 3º discrimen inter verum et falsum et proin principium contradictionis.

VI

11. Error inveniri nequit in ullo iudicio immediato, dummodo assensus mentis sese non extendat ultra id quod in comparativa praedicati et subjecti apprehensione ei fuit clare manifestatum; nec consequenter in iudicio mediato, dummodo assensui rationis praefulgeat continentia conclusionis in principiis demonstrationis. 12. Quapropter in iudiciis immediatis mens humana criterio veritatis stricte dicto non indiget sed ei sufficit clara terminorum propositio; in iudiciis vero mediatis ei quidem opus est tali criterio, principiis nimirum per se notis, ut reductione conclusionis ad ipsa cius veritatem sibi reddit manifestam. 13. Motivum autem certitudinis ultimum atque universale recte constituitur in evidentia rei obiectiva menti manifestata.

Ultimum certitudinis motivum.

VII

14. Tanquam ultima veritatis regula falso statuitur claritas et distinctio ideae ad mentem Cartesii. 15. Haud minus erronee haec certitudinis norma constituitur 1° in caeco affectu animi, prout voluit Iacobi; aut 2° in auctoritate divinac revelationis, prout docuit schola Traditionalismi. 16. Consensus generis humani certis sub condicionibus motivum certitudinis firmum suppeditare potest, haberi tamen nequit tanquam ultimum veritatis criterium. 17. Tandem assignari nequit ut criterium veritatis 1° sensus obligationis moralis, prout censuit Kantius; 2° aut utilitas alicuius doctrinae ad vitam individui alendam vel ad prosperitatem societatis promovendam, quemadmodum statuunt Pragmatistac.

Veritatis insufficientia criteriorum.

DE OBIECTIVITATE COGNITIONIS HUMANAЕ

VIII

18. Obiectivitas stricte dicta iudicij analytici praesupponere videtur conceptus in eo coniunctos aliud esse

Status questionis.

sortiri posse praeter esse mere intentionale entis fictitii, ita ut eorum nexus legem essendi exprimat, non tantum legem cogitandi. 19. Idcirco intellectus, in via inquisitionis philosophicae, obiectivitatem principiorum rationis plene statuere nequit nisi recurrendo ad experientiam, non quidem tanquam ad motivum in eis nectendi praedicatum cum subiecto, sed tanquam ad medium inspiciendi utrum rationes, eorum terminis designatae, sint mera mentis figura, an, saltem quoad id quod concipitur, aliquid realitatis habeant.

IX

Solutio inefficiax.

20. Quapropter omni ex parte efficax esse non vindicandi obiectivitatem iudiciorum ordinis idealis de rebus extra-subiectivis; quandoquidem eius professores, terminis interim non agnoscendo nisi obiectivitatem mere phaenomenalem, obiectivitatem stricte dictam eorum syntheseos fundare nequeunt et, ab iudicata semel ab experientia virtute res externas directe attingendi, in realitate obiectiva terminorum postea stabilienda deficiunt.

X

Sententia pro-pugnanda.

Obiectivitas certitudinum quas homo, spontaneo suarum facultatum exercitio, acquirit 1° ad examen criticum est sincere revocanda; 2° non tamen ita ut aptitudo mentis ad verum capessendum sub dubio reali etiam mere negativo reponatur, sed valorem irrefragabilem agnoscendo saltem eius reflexionis, ratione cuius haec crisis fit philosophanti possibilis, necnon veritatem principii contradictionis admittendo, qua non admissa, ne suspicio quidem huius criseos instituendae in mente ipsiusmet sceptici oboriri potuisset; 3° tandem hunc iuxta modum ut reappe fiat satis praincipis scepticismi argumentis. Haec tria requisita praestare videntur inquisitio de fontibus cognitionis in qua, infallibilitate cuiuslibet perceptionis immediatae iam in tuto posita, ope analyseos introspectivae haec cognitionis im-

s fictitii,
tantum
inqui-
um ra-
l expe-
in eis
am ad
rminis
quoad

medietas vindicatur, 1° pro perceptione sensuum externorum, quibus homo res existentes apprehendit, 2° pro apprehensione comparativa cuius ope intellectus in iudiciis experimentalibus perspicit nexus praedicati (conceptus abstracti) cum obiecto experientia cognito, 3° pro analysi comparativa qua intellectus in principiis demonstrationis nexus praedicati cum subiecto apprehendit.

XI

21. Sensus intimus, qui actus intentionales ordinis etiam sensitivi comitatur ab eis indistinctus, nec non et conscientia proprie dicta seu reflexa nexus habent prorsus necessarium cum veritate iudiciorum ad quae per se movent. 22. Perceptio autem conscientiae, quippe quae in affectiones concrete spectatas fertur, in illis referendis proprium *ro* Ego renuntiat tanquam aliquod subiectum substantiale, quod, opitulante memoria, nobis exhibetur esse sub fluxu earum permanens. 23. Idcirco ad mera commenta revocari debent 1° sententia Humii, decernentis realitatem *ro* Ego esse amandandam ad collectionem phaenomenorum ordinate sibi succendentium; 2° opinatio Kantii secundum quam nostra de *ro* Ego substantialitate persuasio ex paralogistica conversione unitatis logicae in unitatem realem dicit originem.

Objectivitas experientiae:
a) Internae.

XII

24. Vix minus aberravit Berkeley, dum existentiam corporum traduxit ad apparitiones vanas a Deo in nostra anima productas. 25. Periculum idealismi aut saltem agnosticismi efficaciter vitare non videtur sententia Conceptionismi, docendo videlicet «res externas apprehendi in sua similitudine intentionali i. e. in aliquo sui effectu homini interno, ex quo, mediante ratiocinio, transitus fit ad realitatem externam». 26. Per analysim quorundam ex factis conscientia unicuique nostrum renuntiatis, certo constare potest perceptionem sensuum externorum in res extra actuun

b) Externae.

sentiendi in se cxsistentes, minime vero in alias earum imagines mere subiectivas, directe terminari. 27. Errores quos dicunt sensuum refundi non debent in sensus externi perceptionem absolute consideratam, prout videlicet importat simplicem dumtaxat obiecti per se sensibilis præsentationem, sed in iudicio mentis accidentunt, sive ex lusu phantasiae praepostere associantis, sive ex interpretatione sensationis a ratione effecta, quae obadiuncta medii et organi insolita huiusque eorum variationis inconsiderationem falsificatur. 28. Non solum commentitium est, sed etiam genuinam cognitionis humanae legem penitus subvertit principium immanentiae, quod D. Le Roy nuper oggescit contra notionem veritatis apud scholasticos receptam.

XIII

Obiectivitas cognitionis abstractae:
a) *Idearum:*
b) *Quaevis facti.*

29. Quisquis reflexe efficit analysim conversionis experientiam, in iudicio experimentali obtinentis, ad experientiam, in iudicio experimentali obtinentis, deprehendere potest nexum praedicati cum subiecto a mente per se iudicante non institui impulsu cæco functionis a priori quam excogitavit Kantius, sed properea solum quod quidditas praedicato designata, citra ullum medium (quod), ab ipsa percipitur esse materialiter identica obiecto experientia proposito: inde licet asserere ideas primitivas esse vera obiectivitate praeditas. 30. Porro perbellè paralogizat conceptualista Kantius, ex universalitate quorundam iudiciorum progrediendo ad «a-prioritatem» eorum conceptuum adstruendam. 31. Vix minus falluntur philosophi Bergson et Le Roy, dum universale censem reducendum a se ad quoddam schema mentale pro actionis utilitatibus intellectu confictum.

XIV

b) *Quæstio modi.*

32. Ultra modum autem protenditur obiectiva realitas universalium 1° in sententia Platonis, statuentis extra mentem et individua dari formas universales per se subsistentes, 2° in opinione Gulielmi de Champeaux, decernentis naturam iam esse formaliter uni-

s earum
27. Er-
n sensus
rout vi-
r se sen-
ccidunt,
sive ex
uae ob
i varia-
solum
nis hu-
entiae,
n veri-

rsionis
entis,
iecto
cæco
prop-
eitra
riali-
licet
orae-
llista
pro-
ad-
gson
se

re-
atis
per
m-
ni-

versalem in individuis a parte rei existentibus. 33. Inter haec extrema medium init viam vera de hac quaestione sententia, docens nimurum naturam absolute consideratam neque universalitatem neque singularitatem necessario exposcere, sed ad utramque indifferenter sese habere, ita ut, quoad id quod, etsi non quoad modum quo concipitur, de rebus experientia perceptis possit praedicari; ideo inter naturam et singularitatem vigeat necesse est distinctio, non quidem realis, sed rationis ratiocinatae. 34. Forma universalitatis fundamentum quidem habet in natura rei concepcionis, sed eidem actu non advenit, nisi consequenter ad mentis abstractionem totalem, dum, reflexione ontologica supra suum aetum revertens, rationem in eo exhibitam comparat cum individuis, in quibus inest vel saltem inesse potest.

XV

35. Quisquis reflexe considerat modum quo intellectus nexum praedicati cum subiecto in iudiciis per se notis pronuntiat, dilucide perspicit hanc eorum coniunctionem ab intellectu non effici per modum syntheseos a priori ad mentem Kantii, sed quia intellectus immediate percipit rationes terminis significatas esse huius connexionis exigativas; idecirco in talibus iudiciis falsitas inesse non potest. 36. Arbitrarie profecto Kantius ut analytica non agnoscit nisi iudicia in quibus praedicatum includitur in ratione subiecti. 37. Praeterea cum iudicio analytico non desit efficacitas nostram cognitionem extendendi, cumque insuper divisio iudicij in analyticum et syntheticum sit adaequata, auctor Criticismi nulla ratione potitur huic partitioni tertium quoddam membrum adiungendi, iudicium scilicet syntheticum a priori. 38. Necessitas qua pollent principia demonstrationis est vere obiectiva, seu exprimit legem essendi, non tantum legem cogitandi, sive haec lex cogitandi dicatur esse functio a priori menti ingenita, iuxta doctrinam scholae criticae, sive habeatur ut dispositio subiectiva per experientiam individui aut speciei saepe repetitam acquisita, iuxta

*b) Principia
rum rationa-
lium.*

doctrinam scholae associationisticae. 39. Inter haec principia quaedam sunt huiusmodi ut ex eis nihil obstat quominus valorem obiectivum habeant de rebus extra experientiae captum versantibus: quare non sunt audiendi Agnosticistae, dum usum horum iudiciorum coartare satagunt intra limites phaenomenorum corporalium.

XVI

c) Deductionis.

40. Ratio humana nova iudicia analytica sibi comparare potest ope ratiocinii puri, analysis vide- licet adhibendo medii termini abstracti; et in his con- clusionibus admittendis certitudinem metaphysicam assequi potest, dummodo ipsi constet syllogismum esse iuxta leges confectum eiusque praemissas esse immediate evidentes aut ad tales saltem reducibles. 41. Iisdem sub condicionibus, ratiocinio mixto agnoscendi valor medii ad novas veritates cum certitudine saltem physica acquirendas.

XVII

d) Inductionis.

42. Inductio est medium efficax quo ratio humana iudicia physice universalia et necessaria certo obiec- tiva sibi colligere potest; quandoquidem, experientiis methodice institutis, detegi potest connexionio alicuius praedicati cum aliquo subiecto ita constans ut, ope principii causalitatis, possit constare hanc constantem connexionem aliunde explicari non posse nisi ex eo quod praedicatum ad subiectum se habeat ut proprium ad naturam. 43. Tanquam fundamentum inductionis, a Stuart Mill falso adstruitur scquens principium: Cursus naturae est uniformis. 44. Porro ad praedic- tam praedicati cum subiecto connexionem scientifice explorandam adhiberi debet observatio phaeno- norum pluries repetita et immediate quidem facta absque praeiudicio, variatis adjunctis subiecti, tem- poris et loci. 45. Haud inutiliter quandoque statuitur aliqua hypothesis de natura phaenomeni, dummodo accipiatur contradictione vacans simul et apta ad rem

er haee
is nihil
rebus
on sunt
ciorum
m cor-

explicandam; quae hypothesis ut certa admitti nequit, usquedum, per methodum constantis et praescritim exclusivae connexionis, ostensum fuerit causam per eam phaenomeno assignatam esse reapse eius causam.

DE HUMANA SCIENTIA

XVIII

46. Sciei a proprie dicta, quae cst effectus demonstrationis, recte definitur: Cognitio certa et evidens rei necessariae per suas causas. 47. Mens humana, in talis cognitionis assecutione, adhibere debet tum analysim, unde cognoscere possit causam rei, tum synthesim, cuius ope perspiciat nexum rei cum sua causa; quare reeta methodus scientifica est analytico-synthesica. Porro cum in tuto iam sit posita obiectivitas experientiae, in qua fundatur analysis, et principiorum demonstrationis, a quibus dependet synthesis, contra scientiae detractores statui potest sequens conclusio: Cognitio scientifica ordinis obiectivi est homini adeptu possibilis.

XIX

48. Ad aedificium scientiae exstruendum ineptam ingressus est viam Cartesius, dum, omnibus veritatis in dubium iam semel revocatis, a realitate suae dubitationis assurgit ad certitudinem de aliis rebus instaurandam per contradictionem dumtaxat, paralogismum atque petitionem principii. 49. Magis praeposteram forte methodum temptavit Kantius ad realitatem scientiae e naufragio scepticismi salvandam: hypothesis enim cognitionis a priori quam in medium attulit, praeterquam quod huic fini obtinendo est impar, ab eo fuit gratuito elucubrata et factis introspectione cognitis prorsus adversatur. 50. Eisdem fcre de causis reici debet opinatio Associationismi, secundum quam scientia hominis ordinem apparentiarum subiectivarum

Recta methodus.

Falsa systemata.

transcendere non valet necessitasque eius axiomatum unice sita est in impossibilitate subiectiva concipiendi oppositum ex consociatione idearum derivata. 51. Haud minus vitiosa duci debet theoria Pragmatismi, cognitio-nes hominis scientifice elaboratas adscribentis cuidam tendentiae affectivae qua ipse fertur ad conceptiones praxi vitae maxime faventes seligendas, citra ullam normam vere obiectivam.

XX

Falsitas Agnos-ticis-mi.

52. Ens, quippe quod intellectus noster primo concipit quasi notissimum, amandari nequit ad idealisticam cogitationis formam, sed obiectiva realitate certo pollet. 53. Praeterea ratio entis, utpote de se praescindens ab omni materialitate, quoad se non exigit in sua extensione coartari intra limites rerum experimentalium, at rebus etiam positive immaterialibus, s. quae reapse dantur, recte applicari potest. 54. Imo nomen entis, quoad perfectionem significatam, designat aliquid quod ab omni limite de formali abstrahit, et proin de Ente infinite perfecto proprie dici potest. 55. Iam age, cum sufficientia essendi in rebus experientiae subiectis dari nequeat nisi pro eo quantum in linea canticis dependeant ab Ente a se et in se subsistente, legitime fit gradus a realitate phaenomenorum ad existentiam Absoluti affirmandam. 56. Turpiter igitur aberrant Criticistae et Positivistae, dum scientiam hominis intercludere conantur intra cancellos rerum experimentalium realitatemque Absoluti declarant cognitioni eius esse penitus imperviam. Sit igitur contra horum Agnosticis-mum sequens conclusio: Scientia ordinis metaphysici ab hominis intellectu acquiri potest.

iomatum
ncipiendi
61. Haud
cognitio-
euidam
ceptiones
a ullam

Ex philosophia reali

DE ENTE IN COMMUNI

XXI

57. Conceptus entis ut sie, respectu omnium rerum, est unus unitate transcendentiae, quatenus et earum modos essendi includit, non qua proprios et distinctivos, sed indeterminate pro eo quantum sunt aliquid positivi; haec autem entis unitas minime est confundenda cum unitate omnium rerum in essendo quam profitetur Pantheismus. 58. Ratio obiectiva entis, prout extra mentem invenitur, a suis inferioribus non distinguitur distinctione formalis ex natura rei. 59. Operatio mentis qua conceptus entis ad suam unitatem evehit, non est mutuo praecisiva entis a sua determinatione, sed utriusque confusiva in una forma entis indeterminata.

XXII

60. Quare conceptus entis ad sua inferiora descendit per distinctiorem expressionem unius eiusdemque realitatis, minime vero per modum compositionis veluti physicae aut metaphysicae. 61. Est igitur notio entis ut sic, prout applicatur Deo et creaturae, substantiae et accidenti, neque univoca, neque pure aequivoca, sed analoga. 62. Principium contradictionis, quippe quod ex conceptu entis immediate profuit, est omnium primum atque certissimum.

XXIII

63. Unitas est proprietas entis transcendentalis, Unitas. seu ens, in quantum huiusmodi, est in se indivisible

vel saltem actu indivisum. 64. Praeterea in rebus extra mentis conceptum existentibus datur etiam unitas singularitatis; necnon et formalis, etsi non iuxta modum praecisionis quem in intellectu sortitur. 65. Unitati per se entis corporei non opponitur eius compositio ex partibus substantialibus re distinctis, quippe quarum una ad alteram se habet tanquam potentia in esse primario determinabilis ad actum in eodem esse determinantem. 66. Inter attributa essentialia unius eiusdemque individui admitti nequit distinctio sive realis, sive formalis ex natura rei, at inter illa viget solum distinctio rationis ratiocinatae, quae haud incongrue appellatur virtualis extrinseca.

XXIV

Veritas.

67. Quodlibet ens, pro ec quantum habet de esse, est intelligibile: ideo veritas ontologica, prout importat adaequabilitatem rei cum proprio conceptu, est proprietas entis transcendentalis. 68. Ratio autem veritatis in re naturali invenitur primario et per se per ordinem ad Intellectum divinum, ad quem se habet ut mensuratum ad mensuram, secundario et per accidens per ordinem ad intellectum creatum ad quem se habet ut mensura ad mensuratum.

XXV

Bonitas.

69. Cum unumquodque sit appetibile ii. quantum habet de esse, bonitas, prout dicit ordinem convenientiae ad appetitum, iure reponitur inter proprietates entis transcendentales. 70. Quare malum formaliter sumptum, seu malitia, quippe quae in privatione consistit, nequit esse nisi in bono tanquam in subiecto et fieri a bono ut a causa, non per se quidem, sed per accidens efficiente.

XXVI

Ens mobile.

71. Ens quod homo primum concipit, per sensum ei exhibetur tanquam mutationi obnoxium: hinc inter

in rebus
ur etiam
etsi non
sortitur.
itur eius
distinetis,
tanquam
actum
atributa
nequit
rei, at
cinatae,
seca.

e esse,
portat
t pro-
veri-
re per
habet
accid-
em se

tum
ien-
ates
iter
on-
et
per

m
er

ens actuale et merum nihilum reete stat: ur mediare
ens potentiale. 72. In natura igitur rerum fundatur
divisio entis sensibilis in potentiam et actionem, neenon
declaratio motus ab Aristotele tradita: 'Η τοῦ δινάμει ὅν-
τος ἀντελέγεια, η τοιούτον. 73. Aetus perfectione praestantior
est potentia: unde licet in eo quod motu subieitur,
potentia sit prior actu, in absoluta tamen consideratione,
actus potentiam natura saltem praeeedere debet. 74. Turpiter igitur aberrant philosophi coetanei Bergson
et Le Roy, dum, prioritate actus supra potentiam
amanata ad merum «postulat orcelage» intem
rerum nobilium eonstituerat n realitate suam
vocant «une continuité de jaillit», «un instant», «un instant à
devenir»; inde enim ab aetate s nota, sana! de
re philosophia docuit Ens absolu- munus non posse
non esse Motorem immobilem.

XXV.I

75. Praeter hanc in suo est immobilem, Enti ^{Ens immobile.}
absolute primo convenit plena actus esse nisi consisten-
tia: est propterea prorsus simplex et unita perfectum; verum Eius simplicitas est apparet discernenda
a simplicitate entis in communione, neenon et Eius infinitudo, ab infinitudine entis ut. 76. Ceterum Ens infinitum ex rebus adspectabilibus et mari ratione intellectu hominis, per positivam abs utamque rationis rei rationem ex conceptu finiti.

XXVIII

77. Ens finitum, propter illam ratione esse mobiliter, existentiam non habet cum ratione essentiae re identificatam, at in ea receptam tanquam actum physicum in potentia subiectiva. 78. Haec doctrina de distinctione reali inter essentiam et esse rei finitae inde commendari videtur quod magna in evidentia ponit unitatem per se compositi substantialis, praesertim humani. 79. Quapropter in natura rerum fundatur divisio entis in Ens per essentiam et Ens per participationem.

XXIX

Ens possibile.

80. Ens per participationem, prout consideratur in signo priori ad influxum Entis per essentiam esse ei communicantis, nullam realitatem actualem etiam quidditativam possidet; non ideo tamen dici potest esse merum nihilum, sed utpote positive et per se intelligibile, recte reponitur intra latitudinem entis realis, non mere fictitii. 81. Possibile absolutum de formaliter dieit ens prout notis ad invicem sociabilibus constituitur. 82. Eius absoluta possilitas, tametsi ab homine cognosci nequit nisi dependenter ab experientia, in se tamen inspeeta non dependet ab existentia rerum finitarum, neque ab humani intellectus cognitione. 83. Haec intrinseca essentiae possilitas non constituitur per respectum ad Dei omnipotentiam aut liberam Eius voluntatem, sed in plenitudine Essentiae divinae ultimo fundatur. 84. Essentia autem rei intrinsece possibilis in suo esse formaliter non constituitur nisi dependenter ab Intellectu divino, Essentiam divinam concipiente ut tali proportione deficiente participabilem.

XXX

Substantia.

85. In natura rerum fundatur divisio entis in substantiam et accidens. 86. Itaque, conceptus substantiae praedicamentalis imperite prorsus a Kantio amandatur ad formam a priori cuius ope intellectus, interveniente schematisation rerum per formam temporis facta, phaenomena sibi repraesentat tanquam in aliquo subiecto permanenti inherentia. 87. Natura a substantia non distinguitur sed conceptu dumtaxat: quapropter ex pluribus substantiis actu completis, qua talibus, nequit constitui una per se natura. 88. In ordine igitur rerum fundatur partitio substantiae in completam et incompletam.

XXXI

Suppositum.

89. Subsistentia qua ens formaliter constituitur individuum in genere substantiae, importare non vide-

nsideratur
tiam esse
em etiam
ci potest
se intel-
is realis,
formali
s consti-
etsi ab
b expe-
xisten-
ctus co-
sibilis
entiam
Essen-
em rei
nstitui-
entiam
e par-

tur «modum substantialem a natura et esse substantiae creatae reipsa distinctum eique superadditum». 90. Persona, quae est suppositum naturae intellectualis, minime constituitur per conscientiam sui, sed recte dicitur esse: «rationalis naturae individua substantia».

XXXII

91. Frustra profecto conantur Cartesiani omnes *Accidens*. corporum modificationes revocare ad respectus ab eorum substantia re indistinctos: nam accessus novarum in corporibus relationum luculenter ostendit in eis inesse accidentia ab ipsorummet essentia re distincta. 92. Quare nullo pacto manifesta evinci potest repugnantia in eo quod quaedam accidentia divinitus perseverant in esse separatim ab eorum subiecto conaturali. 93. Praeterea obiectiva realitas agnosci debet relationibus, cum his quae dicuntur transcendentales, tum illis quae vocantur praedicamentales.

XXXIII

94. Causa in genere recte fuit declarata a Sua-*Causaefficiens*. rezio: «Principium per se influens esse in aliud»; hinc pro diversitate influxus quo aliquid ad certum essendi modum determinari potest, quadruplex distingui potest genus causarum: efficientis, finalis, materialis et formalis. 95. Causam quam vocat physicam perpram definivit Stuart Mill: Antecedens invariabile et incondicionatum. 96. Haud minus arbitrarie causam efficientem Kantius amandavit ad formam a priori cuius ope intellectus ad phaenomena unum post aliud sibi repraesentanda adigitur: quippe, observatione cum interna, tum externa, certo nobis innotescit obiectivitas causae efficientis, prout importat nexum processionis effectum inter et agens. 97. Effatum causalitatis est analyticum, minime vero empiricum aut syntheticum a priori; ideo absque motivo eius valor ab asseclis Criticismi et Positivismi restringitur ad ordinem even-tuum sensibilium. 98. Quin imo principium causalitatis

tatis, prout enuntiatur: Ens per participationem dependet in essendo a causa efficiente, evidentiam propositionis per se notac induit et ad exsistentiam Dei demonstrandam adhiberi potest, adversariis etiam data hypothesi de aeternitate materiae mundanae.

XXXIV

Causa finalis.

99. Finis est proprie dieta causa, imo inter alias primatum sibi vindicat. 100. Principium finalitatis, prout ita effertur: Effectus per se ordinatus procedit ab agente quod propter finem operatur, est obiective eeturum, non solummodo regulativum ad mentem Kantii.

DE ENTE INORGANICO

XXXV

Natura continui.

101. Quantum continuum minime constituitur ex indivisibilibus, sive mathematicis, sive metaphysicis: qua de causa continuum quoad se resolvi nequit nisi in plura quae et ipsa sint extensa, ita ut eius divisio in partes proportionales ad infinitum protrahi possit. 102. In continuo in se spectato limites interni aet non dantur, nee in illud introduci possunt nisi designatione extrinseca, quippe quaeum sola consistere possit totius continuitas. 103. Iam age, eum ratio partis, praeter entitatem qua constat, neecessary involvit terminum ipsi externum simul atque toti continuo internum, in continuo secundum se considerato partes proprie tales aetu inter se distinctae non dantur antecedenter ad quamlibet designationem extrinsecam.

XXXVI

Realitas continui.

104. Quantitas vere et formaliter continua agnoscendi debet in corporibus, penes minutissimas saltem corum particulas. 105. Ceterum ne phaenomenalis quidem

extensionis reddi potest ratio sufficiens in opinione Dynamismi, statuentis corpora constitui ex elementis simplicibus omnimode inextensis. 106. Reici procul dubio debet sistema Idealismi innatistici necnon empiristicus, apparentiam mundi corporei revocantis ad fabricamentum intuitionis a priori aut ad lusum formae subjectivae ex consuetudine acquisitae.

XXXVII

107. Citra Fidei testimonium, non deest argumentum quo ratio humana demonstrare potest quantitatem esse reipsa distinctam a substantia. 108. Quantitatis autem ratio quasi specifica, sive effectus formalis quem quantitas circa substantiam corporis primo exercet, constitui nequit in extensione locali actuali, neque in divisibilitate, neque in mensurabilitate, at reponi debet in compositione entitativa vi cuius corpori tribuit, non ipsam eius entitatem in partes integrales extensibilem, sed huius entitatis extensionem dumtaxat in partes entitativas interno situ extrapositas. 109. Natura corporalis quaelibet proxime constituitur haec res singularis per suam entitatem concretam; verum radix ontologica, eaque omnino primordialis unde substantiae corporeae numericam intra eamdem speciem multiplicabilitatem derivant, ab Aquinate recte reponitur in ordine naturali quem materia habet ad quantitatem.

Habitudo
quantitatis
ad substan-
tiam.

XXXVIII

110. Spatium, in quo corpus ratione quantitatis ^{Spatium.} constituitur circumscriptive praesens, etsi cum extensione magnam habet affinitatem, ab ea tamen formaliter distinguitur, in hoc nimirum quod eius conceptus supra illius conceptum addit respectum capacitatis ad res naturales continendas. 111. Porro spatium quod vocant absolutum, converti nequit in cns quoddam sui generis quod propria potiretur realitate actuali; verum eius obiectivitas non ita est attenuanda ut traducatur

ad intuitionem puram sensibilitatis externae ad mentem Kantii, sed recte ponitur esse ens rationis cum fundamento in re.

XXXIX

Tempus.

112. Statim atque accipitur a nobis sensus prioris et posterioris in motu, dicitur fieri tempus: proinde congrua esse videtur definitio temporis ab Aristotele tradita: *'Αριθμὸς καινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον.* 113. Ratio igitur temporis, etsi formaliter complectur per considerationem mentis, non destituitur omni extra mentem obicitivitate. 114. Tempus autem quod dicitur absolutum, neque est ens propria realitate actuali constans, neque mera sensibilitatis internae forma, prout censuit Kantius, sed recte dicitur esse ens rationis cum fundamento in re.

XL

Qualitates.

115. In rebus naturalibus admittantur necesse est qualitates sensibiles, quae, etsi cum motu locali intime connexae, ab eo tamen formaliter distinguuntur. 116. Sententia autem quae qualitates quas vocant secundarias ad meras materiae vibrationes revocare satagit, praeterquam quod Subiectivismi errorem haud aequivoce redolet, naturam horum sensibilium inde aptius non declarat et facta quaedam, ad eorum perceptio-nem spectantia, sufficienter non explicat. 117. Haud minus inaniter adlaborat philosophus qualitatis occultae osor omnia phaenomena activitatis corporeae tradi-cere ad purum motum localem, utut occultissimum; motus enim localis formaliter sumptus, nedum suo mo-bili tribuat virtutem agendi, at ne ipse quidem, utpote facri quoddam, perseverare potest, nisi in corpore mo-to adsit qualitas quacdam motrix iugiter illud sollici-tans ad novas in spatio positiones occupandas. 118. Praeter hos impetus ab extrinseco acceptos, corpora mineralia praedita sunt aliis potentiis operandi quae ab ipsorummet essentia efflorescunt.

ad men-
onis cum

is prioris
proinde
ristotele
113. Ra-
per con-
tra men-
dicitur
ali con-
, prout
is cum

esse est
ntime
116.
undan-
tagit,
equi-
ptius
ptio-
Haud
ceul-
tra-
um;
mo-
pote
no-
ici-
18.
ora
ae

XLI

119. Corpora igitur regni etiam anorganici vera Activitas. et proprie dicta activitate praedita sunt: proinde reici debet theoria Occasionalismi, statuentis substantias corporales non agere, sed tantum Deo occasionem suppeditare quosdam effectus in ipsis producendi. 120. In huius activitatis exercitio corporea agentia hac lege reguntur ut cum passo in quod immediate agunt coniuncta esse debeant; quin imo, analysi pure rationali adhibita, manifestum fieri potest necessitatem coniunctionis huiusmodi agenti naturali convenire, prout est agens simpliciter: unde actio in distans dicenda est universim repugnare.

XLII

121. Ordo coordinationis et subordinationis quem Finalitas. diversa agentia huius mundi constituunt, suam rationem ultimatim sufficientem non habet in fortuito atomorum concursu neque in necessitate absoluta materiae, sed in actione Entis summe intelligentis: unde hic ordo iure dicitur esse formaliter teleologicus et proin agentia, quae ad eius adintegrationem concurrunt, recte dicuntur tendere ad certos fines obtainendos. 122. Haec vero activitatis corporalis finalitas est vere intrinseca, quatenus videlicet agentia naturalia in seipsis habent principium inclinationis «ratione cuius quodammodo ipsa vadant et non tantum dueantur in fines debitos».

XLIII

123. Pro certo tenendum est in rerum natura exsistere Leges physicae. leges physicas, quarum universalitas et constantia a nobis certitudinaliter cognosci possunt. 124. Necessestas harum legum non est absoluta, sed hypothetica dumtaxat: hinc cursus naturae qui ex earum observatione exsurgit, suspensionem accipere potest per virtutem Dei omnipotentis.

XLIV

*Substantialis
diversitas et
mutabilitas.*

125. Ex unitate ordinis mundani quis imperite prorsus transitum faceret ad unitatem substantialem totius mundi adstruendam cum sectatoribus cuiusdam monismi: nec maiori cum iure philosophi Bergson et Lc Roy distinctionem numericam corporum traducere conantur ad merum « postulat du morcelage ». 126. Praeterea corpora chimice simplicia, cum inter se, tum a compositis quae ex ipsis conflantur in combinatione chimica, specifice differunt. 127. Substantiae igitur elementares, synthesim subeundo, novum actum substantialem sortiuntur unde efflorescit earum novus fascis proprietatum, et proin substantialem mutationem patiuntur.

XLV

*Essentia la
constitutio.*

128. Porro Dynamistae, Mechanistae atque Atomistae dynamici, dum a corporibus abiudicant diversitatem specificam necnon substantialem transmutabilitatem, sufficienter explicare nequeunt potiora facta ad constitutionem materiae spectantia: quare eorum placita reici debent. 129. Itaque sententia peripatetica servari debet, nimirum docens substantiam corporis naturalis intrinsece constitui duobus principiis substantialibus re inter se distinctis, materia scilicet prima et forma substantiali. 130. In una eademque materia actu simul esse nequeunt plures formae substantiales: unde elementa in mixto remanent in virtute tantum, non in actu.

DE ENTE VIVENTE

*Ratio formalis
vitae eius-
que gradus.*

131. Illud ens propri dicitur vivere in actu secundo, quod ad motum sese agit, in actu autem primo, quod in tali natura subsistit unde fit natum seipsum mouere: quare ratio formalis vitae recte constituitur

XLVI

imperite
tantialem
eiusdam
ergson et
traduee-
rcelage ».
um inter
in eom-
stantiae
n actum
n novus
nutatio-

ue Ato-
diver-
nutabi-
faeta
eorum
riplate-
cor-
ncipiis
ciliect
mque
sub-
rtute

se-
mo,
sum
itur

in capacitate immanenter operandi. 132. Iuxta diversos igitur perfectionis gradus secundum quos aliqua natura hanc activitatis immanentiam verifieare potest, plures distingui debent gradus vitae iisque primarii, quorum infimus est vitae vegetativae, medius vitae sensitivae, supremus vitae intellectivae.

DE ENTE VEGETATIVO

XLVII

133. Mechanismus biologieus, dum ab opere vegetationis ablegandam esse censem omnem aliam causam praeter specialem materiae brutae aggregationem, est Principium vi-tale. impar adaequate explicandis phaenomenis quae, in aetiva vegetantium evolutione, constanter ocurrunt; finalitas enim quae reluet in cfformatione eorum organismi, et in eius conservatione iuxta typum specificum necnon propagatione, omnino expostulat aliquod principium activitatis quod, sui cum elementis unione, eorum vires elevet et veluti consortes reddat suae radialis inclinationis ad bonum totius tanquam finem prosequendum.

XLVIII

134. Huius autem principii naturam nimis intem- Eius natura. peranter extollit opinio cuiusdam Vitalismi, illud elevando ad dignitatem usque realitatis immaterialis, quae opus vegetationis modo cognoscitivo moderetur. 135. Ceterum mirifica operationum plantae convergentia ad perpetuitatem typi eius specifici assecurandam sufficienter explicatur in sententia Naturalismi scholastici, quippe iuxta cuius doctrinam principium quo vegetationis est forma substantialis corporis vegetantis et consequenter eum eius elementis constituit unum per se principium activitatis adacquatum, quod, etsi intentione naturae dumtaxat, tamen realiter inde determinatur ad sui ipsius perennitatem, tanquam fi-

nem, procurandam. 136. Extra eorum profeeto cantat, idque absone, philosophus Bergson, quando contendit evolutionem vitae, utpote «une imprévisible création de forme», principio finalitatis esse subtrahendam. 137. Haud minus imperite anima mere vegetativa diceretur esse in se subsistens, quippe quae in suo operari adaequate considerato socium intrinsee sibi adseiscit organum corporale.

XLIX

Eius habitudo
ad alia regna.

138. Perfectio igitur vitae ab iudicari nequit a vegetali qua toto, quippe quod est unum suppositum in quo incipit et terminatur eius activitas. 139. Quare unumquodque corpus vegetans supra minerale ita praeceminet ut ad ordinem superiorem vere pertingat. 140. Unde concludere fas est esse simpliciter impossibilem generationem spontaneam stricte dietam, quam nimirum ex materia inorganica sibi relicta ortum ducet ens vivum, aliud tamen genus vitae ae erat vita bathybia haeckeliana! 141. In vindicanda autem superioritate vegetantis supra minerale, non eo usque licet progredi ut quis illi adiudicet veram et proprie dictam sensibilitatem. 142. Unumquodque vegetale ab eodem principio formalis unde accipit esse viventis, mutuatur etiam suum esse entis corporei: hinc inutiliter in eo adstruitur forma scotistica corporeitatis.

DE ENTE SENSITIVO

L

Anima beluina.

143. Praeter vegetativam, datur in bruto vita sensitiva; motus enim spontanei, quos edit animal, nec non et sistema nervosum, quo fit natum recipere facultatem sentiendi, sat luculenter evincunt illud ad conditionem meri machinamenti non esse detrudendum, sicut somniavit Cartesius. 144. Intolerabilius aequo dici debet paradoxum Materialismi, bellus adiudicans fa-

eto can-
conten-
le créa-
mendam.
tiva di-
operari
dsciscit

quit a
ositum
Quare
le ita
ingat.

possi-
, qua
n du-
t vita
uperi-
lieet
etam
odem
uatur
n eo

cultatem intelligendi, quae gradu acuminis dumtaxat, idque propter defectum evolutionis organicae, ab intellectu hominis discriminetur. 145. Nee magis sententiae materialistarum est adhaerendum, dum principium sensationis revocare satagunt ad specialissimam materiae brutae aggregationem; actus enim sentiendi a solis viribus materiae, uteumque attemperatis, promanare nequit et proin arguit in bruto re ipsa dari animam sensitivam a principiis organismi mineralibus essentialiter diversam. 146. Verum tamen sensatio, utpote quae haud obscura prodit signa materialitatis, nequit dici actus solidus animae, sed organi anima informati; quare anima sensitiva est forma substantialis corporis animantis, eaque a materia in esse dependens, seu per se non subsistens.

LI

147. Quapropter anima beluina ad esse non oritur Eius ortus et finis. per creationem, sed per eductionem de potentialitate materiae; nec proinde est natura sua immortalis, sed ab esse deficit corruptione compositi in quo consubsistit eum materia. 148. Praeterea anima sensitiva in bruto re non distinguitur a principio vitae vegetativae, sed virtualiter dumtaxat. 149. Propria differentia qua animal supra vegetantis ordinem elevatur, recte dicitur esse sensibilitas.

LII

150. Facultas sentiendi externa, ut ad actum pro- Actus sensatio-
nis. deat, ab influxu obiecti accipiat necesse est complementum quoddam adaptationis, cui haud incongrue applicatur denominatio speciei impressae. 151. Verum haec species impressa, quippe quae circa sensationem munus exercet principii veluti formalis, non est confundenda cum modificatione per stimulum obiecti in sensorio provocata, sed potius constitui debet in immutatione veluti spirituali qua sensus ipse intrinsece afficitur. 152. Sensatio formaliter sumpta non consistit in sola receptione speciei modo explicatae, sed, utpote actio vitalis, importat actum immediate sequentem quo sensus in obiec-

tum intentionaliter sese convertit, illud praesentando subiecto sentienti. 153. Minime dubitandum est quod minus sensatio, quoad plenitudinem suae perfectionis, a cerebro dependeat; verum, prout dicit meram rei exterae praescntationem, exercetur in organo terminali.

LIII

Sensus inter-
nus.

154. Praeter sensus externos, animantia perfectiora habent 1° sensum communem, cuius ope sensationes externas, in iisque modo concreto obiecta sensata, discernere et in unum colligere valent; 2° phantasiam, qua res sensibiles etiam in earum absentiasibi reprezentare possunt; 3° aestimativam, per quam in rebus apprehensionis rationes insensatas utilis, nocivi, etc., concretas pereipere possunt; 4° tandem memoriam, cuius vi sensations iam olim habitas, in iisque concretam praeteriti notam, cognoscere possunt. 155. Praetermissa questione utrum omnes hae functiones totidem expostulent facultates re inter se distinctas, pro certo saltem tenendum est facultatem uniuscuiusque ex illis elicivam esse organicam seu organo materiali alligatam.

LIV

Appetitus sen-
sitivus et po-
tentia moti-
va.

156. In natura animali, prout huiusmodi, agnoscatur necesse est, praeter innatum, appetitus elicitus sensitivus, a potentibus cognoscitibus reipsa distinctus. 157. Haec autem facultas certo certius est materialis, seu operans cum concursu intrinseco alicuius organi, quod sat probabiliter est cerebrum. 158. Praeter facultatem sentiendi, quae movet per modum dirigentis, facultatemque appetendi, quae movet per modum imperantis, admitti debet in animali perfectiore potentia locomotiva, quae motus locales spontaneos elicitive exsequitur.

LV

Instinctus ori-
go et natura.

159. Origo instinctuum primitivorum ab Evolutionistis perperam constituitur in aliqua proprietate

entando
est quo-
tionis, a
ei exter-
inali.

perfee-
sensa-
ensata,
tasiam,
raesen-
appre-
ncretas
vi sen-
prae-
rmissa
expos-
saltem
elicit-
am.

agnos-
dicitus
netus.
rialis,
organi,
facul-
tentis,
in im-
entia
citive

volu-
etate

systematis nerveo-muscularis quae, in aliquo progenitore vi assuetudinis firmata, posteris hereditate fuit transmissa, et postea, sub influxu selectionis naturalis mediique circumiacentis, diversas nacta est species actuales. 160. Motus instinctivi quibus animal fertur ad opificia sua intriciora confieienda, praeter iudicium virtuale aestimativae, triplicem veluti habitum natura ingenitum importare videntur, pro tripartita divisione potentiae motivae modo data: 1° in phantasia, habitum quo ad partes operis unam post aliam sibi repraesentandas quasi automatice inducitur et qui paulatim reducitur ad actum per praeresentationem elementorum in sensationibus externis; 2° in appetitu, habitum cum his repraesentationibus sociatim eliciendi affectus quibus ad molitionem operis intensius impellitur; 3° in potentia motrici, habitum quo animal habile redditur ad seriem motuum molitioni operis adaptatam rite exsequendam. 161. Ad artificia igitur belluarum explicanda non licet cum quibusdam naturalistis confugere ad adaptationem qua aliquis proavus adiunctis medii sese olim accommodasset industria intelligentiae sibi propriae quaeque, vi assuetudinis in ipso automatica facta et posteris transfusa, in eisdem effectibus inconscie praestandis nunc temporis persisteret.

DE ENTE RATIONALI

LVI

162. Omnia falsa est opinio Sensualismi, in eo quod cognitionem intellectualem arbitratur esse revocandam ad sensations reflexione transformatas: universalitas enim conceptuum abstractorum necnon necessitas iudiciorum qui ex illis componuntur prorsus exsuperant captum facultatis sensitivae. ^{Intellectus.} Fons unde promanat in homine facultas intellectiva, constituit differentiam specificam qua homo ad ordinem regno animali superiorem elevatur. 164. Quamdiu autem durat prae-

sentis vitae status, intellectus humanus ad intelligendum comitem sibi adsciscit operationem virtutis imaginativae et consequenter ab organo cerebri quadammodo dependet; sed haec dependentia est extrinseca dumtaxat, et proin minime huiusmodi ut sectatori materialismi rationem praebeat ad spiritualitatem intellectus denegandam.

LVII

Eius obiec-
tum.

165. Ratio entis ut sic, quippe quae est eius obiectum formale, ab intellectu humano quodammodo attingi potest in quolibet ente, dummodo rite ei ponatur; verum, pro huius vitae condicione, haec ratio entis ab eo primo et per se non percipitur nisi in re sensibili: quare omnia entia dici possunt esse obiectum materiale intellectus humani adaequatum, quidditas autem rei materialis, eius obiectum materiale proportionatum.

LVIII

Rei materialis
cognitio.

166. Hanc autem quidditatem rei materialis intellectus hominis apprehendit per abstractionem a conditionibus materiae individuantibus. 167. Quapropter id quod directe percipit est universale; quin imo lex eius cognitionis esse videtur ut a magis universalibus ad minus universalia procedat. 168. Verumtamen homo per intellectum singulare etiam cognoscit, etsi indirecte solummodo, per conversionem scilicet ad phantasma unde desumpta est quidditas apprehensa.

LIX

Verbum men-
tale.

169. Intellectus, opus intellectuionis celiendo, in se reproducit intentionalem quidditatis intelligendae imaginem, cui haud immerito applicata fuit denominatio verbi mentalis. 170. Nulla autem ratione vere efficaciter inititur quisquis, cum sectatore Idealismi, hanc rei imaginem adstruere satagit tanquam terninum obiectum cognitionis intellectualis; haec enim imago ad

elligen-
s ima-
adam-
inseca
ri ma-
intel-

obiec-
to at-
pro-
ratio
re sen-
ctum
ditas
opor-

ntel-
ndi-
r id
eius
ad
omo
ecte
ma

sc
a-
io
ci
ei
e-
d

id munera dumtaxat ordinatur ut, eitra sui qua affectionis subiectivae cognitionem, obtutui mentis praesentem sistat rationem rei intelligendae.

LX

171. Porro natura prius quam hanc rei intelligendae idearum origo:
imaginem in seipso exprimat, intellectus in se habeat a) Systemata falsa.
necesse est huius rei similitudinem intentionalem, qua ad id operis efficiendum fecundetur. 172. In fundamento prorsus nullo superstruitur sollemne Formalismi Kantiani pronuntiatum, nimirum quod mens humana in propria sua natura nanciscitur formas a priori quibus suum intelligibile sibi procudere et ita fabricatum sibi repraesentare valeat. 173. Ceterum Innatismus, sub qualibet forma proponitur, reici debet, hoc quidem motivo quod ex testimonio conscientiae rite inferri potest intellectum hominis quoad ideas primitivas neque in actu neque in hahitu esse, sed in potentia dumtaxat. 174. Unde concludendum est intellectum humanum, qua formaliter perceptivum, esse facultatem passivam seu intrinseece actuandam per receptionem speciei intelligibilis. 175. Quapropter intellectus hominis ad ideam alicuius rei primitus efformandam determinari nequit per solam virtutem sermonis externi, sicut censuit Traditionalismus rigidior. 176. Ne mitiori quidem Traditionalismi formae adhaerendum est in eo quod docet externam disciplinam esse absolute necessariam ut mens humana ad notitiam ordinis metaphysici et moralis pertingere possit. 177. Vix minus a vero deflectit quicumque arbitratur intellectum operi intellectionis elicendo proxime idoneum redi per hoc solum quod ei praesto est phantasma rei cognoscendae.

LXI

178. Minime profecto lis esse potest de quaestione, b) Systema scholasticum.
utrum, in effectione speciei intelligibilis, partes habeat phantasma rei sensibilis; at vero haee imago phantasiae nequit esse adaequatum huius speciei principium,

sed, praeter illam, interveniat necesse est virtus quae-dam activa spiritualis quae, per modum causae principalis, phantasma elevet re-inque cuius est repre-sen-tatio, aetu intelligibilem reddat per abstractionem eius similitudinis a materia indivi-dante: qua de causa in anima humana admitti debet intellectus agens natura ei ingenitus. 179. Inde perspicue apparet quam inutil-iter immediata Dei visio ab Ontologista adstruatur ad originem idearum explicandam.

LXII

Immaterialium cognitio.

180. Nendum sit intuitiva cognitio clara de natura substantiarum immaterialium, quam homo pro huius vitae condicione sibi comparare potest, at e contra ex integro constituitur conceptibus analogicis negativo-positivis. 181. Verumtamen anima humana sese exsiste-re cognoscit absque discursu, reflectendo in suas ope-rationes in iisque concrete sese percipiendo tanquam earum principium; ad hanc autem sui ipsius cognitio-nem habitualiter disponitur per suam ipsam essentiam, quae est menti pracsens.

LXIII

Voluntas.

32. Quemadmodum, praeter sensibilem, datur in homine cognitio intellectualis, ita, praeter sensitivum, deprehenditur ei inesse appetitus elicitus rationalis seu voluntas, quae, haud secus ac intellectus, in sola anima residet. 183. Homo, aetu voluntatis prosecutivo, in malum qua tale tendere nequit, at semper fertur in ali-quid quod ut simpliciter aut secundum quid saltem bonum ab intellectu ei proponitur.

LXIV

Indoles eius activitatis.

184. Voluntas humana necessitatem coactionis pati potest in actibus quos imperare solet, nequaquam vero in actibus quos vere elicit. 185. Eadem facultas, neces-sitate naturali saltem specificationis, fertur ad beatitu-

quae-
princi-
nesen-
eius
sa in
atura
utili-
ir ad

dinem qua talem. 186. In motu autem quo bona particula amplexitur, voluntas nequit eadem necessitate ferri, sed libertate arbitrii fruatur. 187. Porro voluntas nulla necessitate adstringitur ut, ex duobus bonis quae ab intellectu sponte operante ei praesentantur ut inaequalia, maius p[ro]m[er]e minore amplexatur; quare reici debet Determinismus psychologicus.

LXV

188. Electio ordinationem rationis exigit quidem, Electionis na-
sed, quoad substantiam, est actus ab appetitu ratio-
nali elicitus: quocirca libertas arbitrii est dos propria
voluntatis. 189. Ad exercitium liberi arbitrii requiri-
tur indifferentia activa voluntatis eiusque proxime ex-
peditae, ita ut, cum praesentia omnium ad agendum
requisitorum, componere possit omissionem actionis.

LXVI

190. Realitas libertatis humanac statui potest Libertatis vin-
dicatio.
1° ex communi generis humani persuasione, 2° ex factis
internis deliherationis, quae unusquisque in se contin-
gere experitur. 191. Nunc vero frustra omnino reali-
tatem, in homine, liberi arbitrii labefactare satagit
fautor Determinismi physici, aduersus illam oggerendo
legem de energiae conservatione.

LXVII

192. Actus ordinis conscientiae hactenus recensiti, quos Animae ratio-
nalis reali-
tas.
unusquisque nostrum ut suos experitur, arguunt in homine dari, praeter materiam, principium quoddam substantialic quod sit corum causa efficiens et subiectum inhaesionis permanens. 193. Quare paradoxa pensari debent 1° dictum coactanei James, arbitrantis quaestionem de anima esse in psychologia omittendam ut hypothesim supervacaneam; 2° pronuntiatum materialistae effutire audentis principium adaequatum huius-

modi actuum ex integro esse constitutum ex particulis materiae organismum hominis conflantibus.

LXVIII

Eius natura et
habitudo ad
corpus.

194. Ceteruni certi constare potest principium actuū rationalium esse cum essentialiter tum integratōrē simplex, necon et spirituale. 195. Non ideo tamen adhaerendum est Ultraspiritualismo Cartesii animam humanam convertentis in spiritum purum corpus ab extrinseco moderantem; facili enim negotio statui potest principium vitac rationalis in homine esse unum idemque rcipsa cum principio vitac sensitivae et vegetativae, ideoque talem cum corpore unionem inire ut inde resultet una per se natura. 196. Unde anima rationalis dicenda est esse forma substantialis eaque unica corporis humani. 197. Anima igitur humana est in toto corpore, et quidem tota in qualibet eius parte quoad totalitatem essentiae, tametsi non ita penes totalitatem virtutis.

LXIX

Eius immorta-
litas.

198. Incorruptibilitas naturalis animae humanae tribuenda est, minime vero immortalitas essentialis. 199. Deum autem in vita semipiterna esse illam conservaturum sat evidenter manifestat appetitus naturalis perfectae felicitatis quem Ipse indidit animo hominis.

LXX

Eius origo.

200. Anima humana nequit esse producta ex substantia divina, utcumque haec productio explicatur, sive per emanationem transeuntem, sive per evolutionem immanentem; nequit ortum ducere ex potentialitate materiae, neque ex traduce spirituā de anima parentis excerpto. 201. Nec magis incipit esse anima humana per conversionem animae sensitivae in intellectivam ope illuminationis divinae effectam, sed per creationem Dei immediatam et eo quidem momento quo corpori infunditur.

LXXI

202. Inde fit manifesta absurditas conatuum eorum qui originem primi hominis qua rationalis explicandam esse effutunt iuxta placita Darwinismi. 203. Ceterum Transformismus, prout restringitur ad alia regna, habet nequit tanquam theoria in solidō scientifica, quippe qui plura facta habet sibi opposita et in causis effectuum quos vult explicare vere proportionatis assignandis prorsus deficit.

DE ENTE SUPREMO

LXXII

204. Immediata Dei visio, ad mentem Ontologis- tarum, homini non est naturaliter adeptu possibilis; hinc conceptus quem ipse, sola rationis virtute, sibi comparare potest de natura Entis supremi, nequit non esse abstractivus et analogicus. 205. Praeterea de obiectiva huius notitiae realitate ei immediate constare nequit, quatenus haec propositio, Deus exsistit, etsi quoad se, non est tamen quoad nos, per se nota.

LXXIII

206. Potest homo hanc Dei existentiam mediate sibi notificare, ope discursus videlicet, ad quem instituendum non absolute indiget excitari per revelationem huius veritatis traditione ipsi transmissam, prout censuit Traditionalista. 207. Processus vero iuxta quem institui debet haec demonstratio, non est a priori seu a simultaneo, sed a posteriori tantummodo.

LXXIV

208. Inter argumenta quibus invicta demonstrari potest existentia Dei, adnumerari debent 1° argumen-

1^o ex motu rerum mundanarum, unde eruitur Deum existere ut Motorem omnium immobilem; 2^o argumentum ex activitate agentium naturalium per se subordinatorum, unde infertur Deum esse ut primam omnium Causam incausatam; 3^o argumentum ex contingentia earumdem rerum, ex qua concluditur Deum existere tanquam Ens absolute necessarium. 209. His tribus addi potest 1^o via ex diversis perfectionum gradibus, in qua mens nostra assurgit ad realitatem Dei cognoscendam sub conceptu Entis nobilissimi; 2^o via ex ordine rerum sensibilium, in qua ratio ascendet ad existentiam Dei affirmandam sub conceptu Ordinatoris actualissime intelligentis. 210. Tandem haec cadem Dei existentia stabiliri potest 1^o ex consideratione appetitus naturalis quo homo tendit ad beatitudinem omnimode perfectam et cuius terminus nequit inveniri nisi in possessione Entis summe boni; 2^o ex consensu generis humani in agnoscenda Numinis supremi realitate.

LXXV

Dei Subsistencia. 211. Hac demonstratione rite evoluta, constat Deum, utpote primum Agens, esse ipsum Esse per se subsistentis et proin Actum purissimum.

LXXVI

Dei unicitas.

212. Porro cum actus essendi nonnisi in rem singularem cadere possit, natura Dei est dicenda adeo una ut in pluribus univoce multiplicari nequeat. 213. Ceterum doctrina Ditheismi, praeterquam quod est in se absurdum, inutiliter adstruit principium absolute malum ad praesentiam malorum in mundo explicandam: Ens enim absolute bonum, etsi ullum malum per se efficere nequit, malum tamen physicum per accidens velle, morale vero, quod ne per accidens quidem efficit, permettere potest.

LXXVI

Eius perfectio.

214. Porro Deus, utpote absolute necessarius, est simpliciter perfectus; utpote insuper fons unicus totius

Deum
amen-
ubor-
om-
ntin-
n ex-
His
gra-
Dei
a ex-
xsis-
ac-
Dei
peti-
nni-
nisi
re-

m,
is-

a
e-
e-
n
e-

Deum
amen-
ubor-
om-
ntin-
n ex-
His
gra-
Dei
a ex-
xsis-
ac-
Dei
peti-
nni-
nisi
re-

esse, est absolute perfectus; utpote actus purus, est infinite perfectus.

LXXVII

215. Deus praeterea est substantia spiritualis, absolute simplex, quae videlicet a se excludit quamlibet veri nominis compositionem sive physicam sive metaphysicam. 216. Huic autem Dei omnimodae simplicitati non adversatur pluralitas nominum, quibus a nobis appellari solet; distinctio enim quae viget inter attributa his nominibus significata, non est nisi distinctio rationis ratiocinatae late praecisiva, et consequenter ne virtualis quidem compositionis in Deo introductionem secum trahere potest.

Eius simplicitas.

LXXVIII

216. Seclusa qualibet ex aliis et aliis compositione, a Deo penitus arceda est etiam possibilitas veniendi in compositionem cum aliis, quibuscum videlicet ad instar partis compositum constitueret. 217. Quare summae Dei dignitati est valde iniuriosa opinatio monistica Ed. Le Roy his verbis expressa: «Si nous déclarons Dieu immanent, c'est que nous considérons de Lui ce qui est devenu en nous ou dans le monde». 218. Omnipotens prorsus vituperio dignus est Pantheismus nostrae aetatis, confundens Absolutum cum ente indeterminato quod, evolutione sive physica sive ideali sese explicans, totam rerum universalitatem constituat; nam, praeterquam quod summa inficitur impietate, haec opinio experientiae adversatur, principia rationis speculativae subvertit atque disciplinae sanae moralitatis fronte adversa reluctatur.

Pantheismi confutatio.

LXXIX

219. Non adversante hac Eius a mundo distinctione, Deo tribui debet perfectio immensitatis ratione cuius Deus iam ab aeterno essentia sua exigit esse, absque circumscriptione et limitatione, substantialiter praesens omnibus locis in quibus existunt vel existere pos-

*Dei immensis-
tas, immuta-
bilitas, ae-
ternitas.*

sunt aliquae creaturae. 220. Praeterea Deus, utpote actus purus, absolute simplex et infinite perfectus, nulli mutationi obnoxius esse potest, sive in sua natura, sive in propositis suae voluntatis. 221. Tandem Deus, propter hanc sui immutabilitatem, est aeternus, quippe cuius esse neque initium habuit neque finem habiturum est neque ulti successioni subici potest.

LXXX

Eius essentia
metaphysi-
ca.

222. Ex omnibus perfectionibus quae Deo conveniunt, plena subsistentia in actu essendi haud illegitime habetur tanquam essentia Eius quasi metaphysica.

LXXXI

Veritas divina.

223. Deus cst prima et suprema veritas in essendo necnon et in repraesentando. 224. Pariter dici debet indefeetibilis veritas moralis, pro eo quod est summe verax atque fidelis.

LXXXII

Bonitas divina.

225. Deus est etiam suprema bonitas, tum absolute, tum relative, quatenus Ipse in suo esse undecumque perfectus est Sibi maxime conveniens et caeteris rebus appetitione dignus. 226. Eadem tribui debet summa sanctitas, in quantum praecisive considerata importat perfectam voluntatis conformitatem cum ordine sapientiae, citra ullam ab aliquo superiore dependentiam.

LXXXIII

Dei perfectis-
sima vita.

227. Vita eaque perfectissima Deo convenit, quippe qui sua operatione cst omnimode perfectus independenter a principio extrinseco. 228. In hac autem Dei vita perfectio vitae intellectivae formaliter eminenter invenitur, sensitivae vero atque vegetativae eminenter tantummodo.

LXXXIV

230. In Deo igitur admitti debet intellectus, isque ^{Divinae scientiae:} cum Eius essentia identificatus. 231. Scientia igitur ^{a) Natura.} quam inde Deus possidet, 1° tum subiective tum objective est perfectissima; 2° unico actu immultipli- cabili continetur; 3° absque ulla compositione iudicii aut discursus, quidquid est intelligibile, actualissime penetrat; 4° entitative spectata est absolute necessaria ideoque ab obiecto non pendet tanquam a causa. 232. Quocirca Deus nulla alia specie intelligibili intelligit quam sua essentia.

LXXXV

233. Porro Deus suam essentiam ut obiectum pri- ^{b) Obiectum ad- aquatum.} marium cognoscit et ita quidem ut totam eius intelligi- bilitatem adaequet. 234. Cactera vero quae sunt vel esse possunt, Deus cognoscit tanquam obiectum se- cundarium et distinctissima quidem cognitione.

LXXXVI

235. Scientia divina, ratione sui obiecti secundarii, ^{c) Divisio ratio- ne obiecti se- cundarii.} dividitur in scientiam simplicis intelligentiae, qua Deus creaturas mcre possibiles cognoscit, in scientiam visio- nis, qua Deus ab aeterno attingit omnia sive necessaria sive libera absolute futura, tandem in scientiam qua Deus ab aeterno futuribilia cognoscit et quae haud incongrue appellatur media.

LXXXVII

236. Praescientia divina de contingentibus absolute ^{a) Concordia cum humana libertate.} futuris, quo ex titulo ob suam infallibilitatem ab eis non aufert contingentiam, eodem propter eorum con- tingentiam non frustratur sua infallibilitate, ex eo ni- mirum quod illi eventus pro signo actus secundi per praesentialitatem divino conspectui obiciuntur.

LXXXVIII

e) *Medium.*

237. Deus, quaecumque alia a se cognoscit, in seipso intelligit, in sua scilicet essentia prius intellecta. 228. Verumtamen medium obiectivum futuribilia libera attingendi Deo praestare nequit Ipsius essentia prout dicitur habere rationem decreti praedeterminantis subjective absoluti et obiective condicionati. 239. Libera vero absolute futura Deus cognoscit in suo decreto illa transferendi "in ordinem existentium secundum ipsissimam rationem contingentiae et libertatis quae in scientia conditionalium fuit praevisa."

LXXXIX

Dei voluntas.

240. Exsistit etiam in Deo voluntas quae, haud aliter ac Eius intellectus, identificatur cum Eius essentia. 241. Est igitur Voluntas divina infinite perfecta atque independenter a motione cuiuslibet obiecti a se distincti actualissima. 242. Deus bonitatem suae essentiae amat tanquam obiectum primarium. 243. Quidquid autem Deus praeter illam amare potest, non amat nisi ut obiectum secundarium, scu propter suam propriam bonitatem, non quidem augendam, sed aliis communicandam. 244. Praeterea Deus seipsum amat amore infinito et absolute necessario, et quidem ita ut in hoc amore et plena sui cognitione perfectissima fruatur beatitudine. 245. Quapropter Deus existentiam rerum finitarum non vult nisi cum libertate indifferentiae. 246. Haec autem libertas, quippe quae voluntati divinac non convenit nisi prout praetelligitur esse in possessione sui boni perfecti, in Deo minime ponit potentiam ad diversos actus determinabilem: ideo amico foedere conciliari potest cum Eius immutabilitate et simplicitate.

XC

Potentia Dei.

247. Admittenda est in Deo potentia operativa quae, haud secus ac Eius voluntas, cum Eius essentia identificatur et proin est aequa infinita. 248. Huius autem

potentiae obiectum adacquatum tantumdem sese extendit quantum et ipsa ratio entis per participationem, idcoque complectitur quidquid praeter Dcūm est intrinsece possibile: qua de causa recte dicitur Deus esse omnipotens.

XCI

249. Iam age, efficacitas huius omnipotentiae minime coartari debet ad ordinem rerum praesentem, sed ad plures eosque sinc fine perfectiores sese extendere potest. 250. Quare hic mundus, ctsi dici debeat relative optimus, nequit tamen haberi tanquam omnium possibilium absolute optimus, quemadmodum voluit Leibnitzius. 251. Inde etiam fit haud minus indubium Deum quaedam opera sensibilia insolita supernaturalia efficere posse, et ea quidem talibus notis insignita ut a nobis dignosci possint tanquam certo miraculosa.

XCII

252. A virtute Dei creativa repeti debet origo huius mundi. 245. Haec actio creandi non solum repugnantia vacat, sed etiam est huiusmodi ut naturae Dei perfecte conveniat. 255. Virtus autem creativa ita Deo propria est ut nulli creaturae communicari queat.

XCIII

256. Practerea quaccumque in hac rerum universitate existunt, in esse iam accepto perseverare nequeunt nisi dependenter ab influxu Dei iugiter et directe illa in eo conservantis. 257. Quaelibet creatura, sicut in essendo, ita in operando, a virtute Dei dependet, pro coquod quidquid est entitatis in illius operatione, a Deo procedat necesse est tanquam a causa effectrici immedata, licet non unica.

XCIV

258. Motio autem divina, ad actus libertatis creatae saltem quod spectat, neutiquam dici potest physicē Divini concursus in dea.

praedeterminativa ad unum: haec enim praedeterminatio non videtur posse consistere eum libertate voluntatis humanae nec componi cum sanitate Voluntatis divinae. 259. Ceterum in sententia quae doet eoneursum Dei esse indifferentem atque simultaneum, tecta sartaque remanet essentialis arbitrii humani subordinationis ad Deum, tanquam ad primum Agens.

XCV

Providentia.

260. Deus omnia ad finem sapientissime dirigit per executionem suae providentiae, in qua specialem gerit curam creaturae rationalis. 261. Finis autem absolute ultimus ad quem Deus omnes creatureas praeordinavit, est gloria Ipsiis extrinseca, obiectiva dumtaxat pro irrationalibus, obiectiva simul et formalis pro rationalibus.

Ex philosophia morali

DE ETHICA GENERALI

XCVI

262. Homo, quippe qui ipso pondere naturae rationalis ad beatitudinem perfectam inclinatur, in hac beatitudine habet finem proprium ultimum, a Deo intra ordinem naturae ipsi praestitutum. 263. Hie finis ultimus ab homine obtineri potest quidem, at non nisi in subordinatione ad finem ultimum totius creationis. 264. Obiectum perfectae felicitatis necessarium atque per se sufficiens reponi nequit in ullo bono finito, sed est scilicet Deus cognoscendus et amandus. 265. Essentia huius beatitudinis in sola perfecta Dei cognitione consistit quae, sistendo intra ordinem naturae, non fuisset intuitiva, sed analogica tantum.

*Finis ultimus
hominis.*

XCVII

266. Homo, in huius vitae condicione, perfectam felicitatem assequi non potest: quapropter finem huius status supremum in hoc constituat necesse est ut sese praeparet ad illam in vita futura consequendam. 267. Hanc autem præparationem homo aliunde exquirere non debet quam ex recta ordinatione suae activitatis iuxta præscriptiones ordinis moralis.

*Habitudo huius
vitæ ad fi-
nem ulti-
mum.*

XCVIII

268. Moralitas actus humani, in genere spectata, a Suarezio recte constituitur in eius dependentia a voluntate libcre operante, sub rationis advertentia ad honestatem vel dishonestatem obiecti. 269. Multi dantur actus humani qui, de se et natura sua, sunt honesti vel

*Actus humani
moralitas.*

inhonesti independenter a quolibet pracepto extrinseco: quare reici debet Positivismus moralis. 270. Actus manus est honestus aut dishonestus, pro eo quantum naturae rationali adaequate spectatae convenit aut repugnat.

XCIX

Falsae opinio-
nes de nor-
ma moralita-
tis.

271. Est igitur reprobanda opinio Utilitarismi secundum quam bonitas moralis alicuius actionis est metienda ex eius conducentia ad felicitatem temporalem individui et speciei harmonice procurandam. 272. Vix minus vitiosa est sententia rationalistica Kantii; sollemnem enim eius dogma: Illa actio, eaque sola, est moraliter bona, quae et quatenus secundum dictamen rationis et propter solam erga illud reverentiam ponitur, in falso fundamento nititur, normam agendi physice impossibilem exprimit atque tandem purissimum exaggeratum redolet. 273. Criterium subiectivum quo diudicatur bonitas aut malitia alicuius actionis non est sensus quidam moralis, sed ipse intellectus practicus.

C

Lex naturalis.

274. Iudicia intellectus practici, quibus videlicet homo honestum a turpi sponte discernit illudque esse faciendum, hoc vero vitandum voce quasi naturae monetur, iure habentur tanquam lex naturalis a lege Dei aeterna participata. 275. Huiusmodi igitur dictamina ab ordinatione Intellectus et Voluntatis divinae mutuantur quod ad certas actiones ponendas, alias vero vitandas, voluntatem hominis imperative possunt adstringere.

CI

Eius vis obli-
gativa et
sanctio.

276. Repudiari debet opinio Kantii statuentis rationem puram practicam esse legislatricem voluntatis humanae autonomam atque independentem. 277. Pariter aberrant philosophi arbitrantes obligationem moralem esse sitam in quodam coactionis sensu qui ex consociatione idearum in nobis oritur, aut qui, in aliquo nostrum

progenitore ex eodem fonte enatus, hereditate nobis posteris fuit transfusus. 278. Essentia obligationis moralis non consistit in necessaria actus ponendi vel omittendi connexione cum beatitudine formalis, at potius constitui debet in necessario huius aetus eiusve omissionis nexu cum Dco, qua fine absolute ultimo voluntatis humanae. 279. Lex naturalis sanctionem sufficientem sibi vindicat, quae in assecutione aut omissione beatitudinis consistit, eaque in perpetuum duratura.

CII

280. Lex naturalis cum intrinsece tum extrinsecc est immutabilis. 281. Praeterea legi naturali competit universalitas promulgationis, quatenus praecepta eius generaliora ab homine usu rationis expedito pollente invincibiliter ignorari nequeunt. Eius proprietates.

DE IURE NATURALI

CIII

282. «Existit ordo iustitiae ad legem naturalem immediate pertinens». 283. Quapropter contra theoriā Positivismi iuridici affirmandum est, dari iura necnon officia his correlativa, quae vim obligandi habent independenter a qualibet institutione positiva. 284. Habitudo igitur ordinis iuridici ad ordinem moralē non est separatio quam Kantius statuit; consideranti enim liquet iustitiam seu rectitudinem hominis, qua socialis, ad honestatem seu rectitudinem hominis, complete spectati, sese habere ut partem ad totum integrale. Habitudo ordinis iuridici ad legem naturalem.

CIV

285. Unicuique homini competit ius naturale dominium privatum idque stabile sibi comparandi. 286. Factum autem primigenium quo illud ius ad certas res Ius proprietas.

contrahitur, haud incongrue dicitur esse occupatio. 287. Ius igitur proprietatis non fundatur in sola legislatione hominum neque in aliquo pacto praecevo. 288. Systema autem Socialismi non solum in falsis nititur principiis, sed regimen communitatis impossibile et absurdum adstruere gestit. 289. Rationes quibus suam sententiam munire conantur collectivistae agrarii, sunt nullius valoris; quare eorum placita sunt etiam reicienda.

CV

Hominis sociabilitas. 290. Homo, quippe qui absque aliorum convictu consequi nequit perfectam vitae sufficientiam, recte dicitur esse natura sua sociabilis. 291. Haec autem sociabilitas, natura ipsa ita intendente, primo, etsi imperfecte, in familia actuatur, perficitur vero in unione plurium familiarum stabili ad unum consortium civile constituendum.

CVI

Societas coniugalis. 292. Debita generis humani propagatio per honestam sobolis procreationem eiusque condignam educationem est finis princeps quem societas coniugalis ab Auctore naturae sibi praestitutum habet. 293. Susceptio igitur proli ex connubio gravissimum parentibus imponit officium quo tenentur ad suos liberos physice et moraliter educandos.

CVII

Educatio proli. 294. Verum eis etiam concedit ius hanc educationem directe et immediate curandi, quod, intra ordinem naturae, per se eis solis competit. 295. Quapropter monopolium scholarum juri naturali adversatur, praesertim si iunctam habet coactionem legalem liberos in illas mittendi per aliquod tempus instituendos. 296. Auctoritati civili non competit ius lege parentes adstringendi ut suam sobolem publicae scholae instituendam tradant.

CVIII

297. Finis proximus ad quem suapte natura societas civilis ordinatur, est ordo exterior publicae prosperitatis naturalis per conspirationem virium sociorum procurandus, idque pro communi eorum bono, in subordinatione ad ordinem moralitatis eonsiderato. 298. Quocirca societas civilis ita constituatur oportet ut singula eius membra propriam suam activitatem exercere possint, non tanquam membra mechanismi inertia, sed potius iuxta modum quo diversae partes organismi viventis suam activitatem exserunt. 299. Organa igitur ex quibus per se et immediate eonstituitur societas civilis, non sunt individua separata, sed familiae, prout per patresfamilias moraliter repraesentari possunt.

Societas civiliis eius et constitutio.

CIX

300. "Ut homines in civili eonsortio stabiliter manent, necessaria est vera quaedam potestas iurisdictionis, eaque concreta et visibilis, qua ipsorum actiones ad commune eivitatis bonum effiaeiter ordinentur." 301. Auctoritas politica suprema abstracte sumpta a Deo, auctore naturae, inimmediate procedit.

Auctoritas politica.

CX

302. Civitates "non possunt, citra scelus, gerere se tanquam si Deus omnino non esset, aut curam religionis velut alienam, nihilque profuturam abiccre...; omninoque debent eum in eolendo Numine morem usurpare modumque quo coli se Deus ipse demonstravit velle"; Indifferentismus igitur necnon Tolerantismus politicus in materia religionis admitti nequeunt.

Officia societas erga religionem.





